



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XLII. Die Gebrüder von Wopersnow verkaufen der
Frohleichnams-Brüderschaft in Schiefelbein sieben Hufen Landes in
Nelep, am 21. März 1389.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

hant myn andel an deme Brunow vor vif vnde veflich mark, des late yk nu ghenliken dar aue myt mynen waren erfnamen. Vnde wy Metze, Werner vnde Dubbeslaf, Bruder fon, alfo de gheheten zynt de Rytzerowen, laten van der zamende hant, de wy myt Vlriken hadden an deme Brunow. De tughe zynt Ludeke, Wychart, Detwert, Clawes Rutze, Helmich Schulte vnde vele bederuer lude, de loue werdech zynt. In ene bethuchnisse deffer zake hebbe wy Vlric, Metze, Werner vnde Dubbeslaf vnze inghezeghel ghehanghen vor deffen bref. Datum anno domini M^o. CCC^o. LXXXVII^o., feria sexta post octauam Corporis Cristi.

Nach dem Original im Stadtarchive.

XLII. Die Gebrüder von Wopersnow verkaufen der Frohleichnam's-Brüderschaft in Schiefelbein sieben Hufen Landes in Nelep, am 21. März 1389.

Coram uniuersis et singulis presencia uisuris, auditoris seu lecturis, Nos Pribislaus, Tymo et Tydericus, fratres dicti de Wopersnow, et nostri veri heredes publice recognoscimus presentibus protestando, quod rite et rationabiliter vendidimus consensu unanimi et matura deliberatione prehabita fraternitati sacrosancti corporis Christi existenti in Schiuelben et fratribus presbyteris et clericis fraternitatis ejusdem septem mansos in bonis nostris ville Nelep et in ejus metis jacentes, Quos quidem mansos nunc possident et colunt Nicolaus Vriberch duos, Johannes Crüger duos, Petrus Glume tertium dimidium, nec non Paulus Plumme dimidium, et eorundem possessores perpetui liberos cum uniuersitate omnis juris supremi et ymi in collum ac in palmam, omnis seruitutis liberos, sicut nos met ipsos hactenus habuimus et possedimus, nos nostrique heredes cultores dictorum mansorum in nullo fore molestandos, sed tanquam nos met ipsos et subditos nostros fideliter defendendos. Mansos quoque supradictos coram Domino nostro Aduocato predictae fraternitati libera resignauimus voluntate, mediante gratia, ut quotiescunque potuerimus seu nostri heredes eisdem mansos pro ducentis et decem marcis denariorum honorum monete Vinkenogen reemere valeamus redditibus prius subleuatis, dimidio tamen anno fraternitati hoc preintimato. Si vero nos vel nostri heredes eos reemere non ualuerimus, tunc stabunt dominis terre tali conditione reemendos, iterum autem si nos et nostri heredes sepeditos mansos a Dominis terre potuerimus redimere conditione et pecunia prefata, nobis non debebunt denegari. Et nos Macharius de Sudewitz. Aduocatus in Schiuelben, emptione resignationeque sic factis memoratos mansos antedictae fraternitati contulimus presentibus quoque conferimus, Johannem de Lekou ipsis ad inductorem tribuentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum cum sigillis capitaneorum supradictorum presentibus duximus appendendum. Datum et actum in Castro Schiuelben, anno domini M^o. CCC^o. LXXXIX^o., dominico die Oculi mei.

Aus Gerden's Cod. V, 311.